

plebani sancti Benedicti non modicum praeiudicium et gravamen. Cum autem dictus conquerens sicut asserit praefati plebani sanctae Mariae potentiam merito perhorrescens, eum infra civitatem seu diocesim Pragensem nequeat convenire secure, discretioni tuae per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias causam et appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Auinionii XII. Kalendas Februarii pontificatus nostri anno primo.

Aussen: G. de Valle.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Bleisiegel an hänfener Schnur.

No. 415. 1335. 4. Apr.

*B. Withego II. verleiht der Elisabeth verwitw. Küchemeister von ihrem Sohne zugewiesene Getreidezinsen für ihre Lebenszeit.*

In nomine domini amen. Nos Withigo dei gratia episcopus ecclesiae Misnensis ad notitiam omnium tam praesentium quam futurorum, quorum interest seu interesse poterit, cupimus devenire, quod constitutus in nostra praesentia fidelis noster Zcasslaus heres Johannis dicti Kuchemeyster piae memoriae, duodecim maldratas utriusque annonae cum sex modiis decimae sitae in villa dicta Syffridisdorf<sup>a)</sup>, quam a nobis habuit, voluntarie nobis resignavit supplicando fideliter nobis, quatenus eandem decimam honestae dominae suae matri Elizabet nomine dotalitii conferre dignaremur. Cuius precibus sumus inclinati, praenominatam decimam praedictae dominae Elizabet nomine dotalitii conferimus per praesentes, ipsam a nobis et nostra ecclesia tenendam et habendam dotis nomine ad tempora vitae suae, dantes ei praesentes litteras in testimonium super eo nostro maiore sigillo roboratas, testibus astantibus et videntibus subnotatis, Johanne de Worganewitz nostro capitaneo, Ludwico de Belenewitz, Henrico de Maxin, Paulo de Koperitz, Alberto de Lutitz et aliis pluribus fide dignis, ipsam etiam decimam praenotatam Johanni de Worganewitz praedicto, ratione tutoriae ad manus dictae Elizabet, praesentibus conferentes. Datum Stolpin anno domini M°.CCC°.XXXV°. in die beati Ambrosii.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel des Bischofs an einem Pergamentstreifen. Schöttgen u. Kreysig diplomat. Nachl. XI. S. 132.

a) Seifersdorf bei Radeberg.?

No. 416. 1335. 31. Dec.

*B. Withego II. bestätigt mit Zustimmung des Capitels die vom Domherrn Nik. von Gana bewirkte Schenkung von Geldzinsen zur Vertheilung am Tage seines Anniversars.*

Withego dei gratia episcopus ecclesiae Misnensis universis et singulis Christi fidelibus in perpetuum, ad quos tenor praesentium pervenerit, salutem cum benedictione in domino sempiterna. Cum in iis, quae ad augmentum cultus divini facere